225
G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

225
G 59

NK 1798

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

69

Reuchlin, Joannes. SERGIUS, vel Capitis Caput. With large woodcut on title, printer's mark at end. 10 leaves, 4to, dark green morocco, with red leather label. N. p., n. d. (Deventer, Theodore de Borne, c. 1518). $750

Reuchlin, while teaching in Tuebingen in 1496 and 1497, wrote two neo–Latin school comedies. They mark the beginning of modern comedy in Germany, free from the influence of classical models. The earliest was 'Sergius', primarily a satirical attack against the Augustinian monk Holzinger who had become counsellor to the young Duke Eberhard of Wuerttemberg. Reuchlin's attack contained ironic remarks against monkish ignorance and against some misuses in the cult of sacred relics. Holzinger fought back, with the result that Reuchlin left Tuebingen and settled in Heidelberg.

The comedy is written without much scenic development and dramatic tension, more for reading than for actual performances. But it is rich in puns and proverbial sayings. There are two different versions of the text; this is the second version. The two woodcuts are very fine. The title has a picture of a bishop and a monk in conversation; at the end is Theodore de Borne's printer's mark on which we see his printing press, the type–setter, the printer and his assistant, and a proof reader at work.

Benzing, Reuchlin–Bibliographie No. 37 (with full page illustration on p. 13). Goedeke I, 414, 4a. Holstein, Johann Reuchlin's Komoedien II, 3. Nijhoff–Kronenberg 1798.

See illustrations, plate VI and XIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

225
G 59

WILLIAM SALLOCH, Cat. 333
PINES BRIDGE ROAD
OSSINING, N. Y.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

IOānis Reuchlin Phorcenſis Sergius vel capitis caput.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

PROLOGVS

I vnquam tuliſtis ad iocum veſtros pedes.
s Aut ſi rei aures præbuiſtis ludicrę.
In hac noui obſecro poetæ fabula.
Dignemini eſſe attentiores quam antea
Non hic erit laſciuię aut libidini
Meretricię aut triſti ſenum curę locus.
Sed hiſtrionum exercitus & ſcommata
Nam Buttubatta reperiſſe creditur
Caluariam cuiuſdam anilis Sergii
Qui erat Mahometi magiſter primitus.
Quo Sergius fit nomen huic Comœdie.
Fatetur ipſe ſcriptor antiquis ſecus.
Fuiſſe conſuetudinem ſimul & nouis
Quod ſcripſerint illi trimetro & tetrametro.
At hii ſoluta oratione licemtius
Ambobus acceſſit via nuperrimus
Hic ille noſter. nanq; in omnibus vnico
Genere vſus eſt. quod paucitas facit actuum.
Breuitate temporis coacta februi.
Nunc vos petit fauere ineptitudini.
Si ſenſerit placuiſſe primitias ſuas
Faciet deinceps integras comedias

Actus primus.

Heluo.

Vm me & meos contemplor a natalibus.
c Patrem. patrimū. proauos. tritauos: auos.
Abauos. itēq; atauos. oēm hācq; germis.
Congerminationem. & hunc noſtræ domus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Splendorem. abuſq; maximis patruis meis.
Grates habendum mihi duabus eſt deis
Iunoni & eius aſſecle primip:ræ
Lucinæ, ob id quod ea parentela. ſatus
Quæ ſit notiſſimaq; famoſiſſimaq;
Ex heluonibus heluo haud ſpurius ſiem.
Equidem patritos imitor mores. bibo
Rebibo. voro deuoro. quod omnes aſſolent
Cognomines nati meis maioribus
Plus tamen ego ipſe cæteris ingurgito
Et heluor. quare heluo eſt nomen mihi.
Vbi quid eſt vini. ſi eius copia eſt
Haud ceſſo quouſq; totus eſt gurgulio
Pręgnans ab imo & trans gulam. ſin paucitas
Vel lambo vel lingo. dum olor ſagax olet.
At non (vt eſt pleriſq; mos) in abditis
Et ſolitariis locis aut ſpecubus
Aut clam viris penitiſſimo in quodam penu
Hoc indecorum hominiq; deteſtabile eſt
Sed cum bonis natabus ac ſodalibus
Conſimilibus mei. atq; idem gnatonibus
Vt ego ſum. eo hic quæro meos contribules
Paraſiticos. predonicam artem qui colunt
Offarum & amphorarum. vbi eſt merax merum
Qui aliquando delinitioribus iocis
Mentes furantur atq; ſenſus hominum
Vt reliquias vnctæ patellæ & canthari
Vuida lacunaria ſuperſtitis meri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Quadraſcꝫ menſarum & pia ſtipendia
Noſtris inanibus gulis & ventribus
Repenſitent. non quaſi mendicabulum
Hoc enim eſſet infamia meis maioribus.
Sed ludicræ artis premium & mercedulam.
Iam nūc quidē hora ipſa & ſtata & certa imminet
Qua flagriones hii. infimatis ille grex
In aliquod vſqꝫ contubernium ruant.
Aut ad forum populo ſtrepant prouerbia.
Corripiendum illuc mihi eſt maturrime.
Nam illis voluptas maxima eſt. præſentia
Frui mea in ludis iocis & riſibus.
Scio quod actutum miſellioribus
Sunt inedia miſelliores: & fame.
Querunt vbi commodius ſit faucibus
Vbi eſtur & bibitur. Sed eccos commodum
Eccos prope in medio fori. Congeminant.
Coitur. accurritur. habent quid ludicrum.
Quin ego citatiore greſſu propero
Et curro nunc etiam probe vt videam quoqꝫ
Salax. Heluo. Buttubatta.
Ariſtophorus. Lixa.
Sal. Heus tu tribune noſter aduola Hel. o ſalax
Rerum quid eſt? vt tu tumultuāter hic.
Sal. Neſcio quid iſtinc Buttubatta fert boni.
Curritur ad hunc ceu ſi exiiſſet Indiam
Ferens auē phœnicē. But. adeſte ehodū ehodum
Adeſte principes furum. hiſtrionum. item
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Et Ludionum & luſionum & verberonum
Adeſte merculiariter non plumbei.
Sed plumei.pedibus volucribus.ſcio
Mirum in modum admirabilem ac vobis quidẽ.
Ignobilem rem inſinuo. ibi hic intra meum
Sinum. Aris. Paras anteloquiũ & rhetoricum
Et admodum forenſe Buttubatta.nam hac
Concinnitate orationis nemo homo
Ne Gorgias neq; Zeno nec Protagoras
Te vincet æque arbitror.at exhibe.quid eſt?
But.exhibeã? enimuero nec exhibebitnr (modo
Lix. Tu vero exhibe.Hel. Exhibe.Sal.exhihe
But.Vim vim triumuiri triumuiri.heus ohe
Appello iudicis tribunal.Leditis
Lix.Dabis. Sal.tenes? But.ceſſate furciferi fures
Sal.tenes? Lix ſtatim Ariſt.tenes? But.ſceleſti ſa-
O patricidę.matricidæ.ne vtiquam (crilegi.
Prehenditis vel hoc die.Hel.trahe corripe
But.Hodie o rapax nequis id a me auellere
Lix.Conemur omnibus modis eniximomnes
But.Heu penula & bardocucullus interit
Rũpunt ſinũ miſero mihi Lix.dato But.nõ dabo
Hel.Permittito vt nos leniter queamus id
Quodcunq; rerum eſt quod ſinu occulte geris
Aſpicere & vltro reddere obſecro But.Iubes
Fidẽ? Hel.fideiubeo But.ſtatĩ reddi? Hel. ſtatim
But.ſane modo fiet modo manum exigat
Lixa Metuo iugulum ne anhelitus opprimat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Lix.Sic ſta Ari.fugā capeſſit Hel.interdū manet
Sal.Mane fugax But.Non ędepol ſi libere
Meme ſinatis fugio Lix.currite heus perniciter
Quiſq; optimus.plicate cincinnis manus
Sycophanta magnitate perfidie extimæ
Num iam redis? But.ſic anteuortebant viam
Iſti appetones.vt ne mus eroderet
Lix.ligate furcifero manus ſimul & pedes
But.Ne amice lixa cæteriq; complices
Vincite veſtrum amœnum & aptum bibeſium
Atq; popinonem egregium ac aridum æmulum
Ariſt.O palpo.nemo blandior palpator eſt
Sal.O blandicella verba Lix.proh deum fidem
O ſinguli vos flocciores vellere
Deinde leuiores pumice.vt non compedes
Siue manicas huic adhibeatis ferreas
B.blę S.muſſitas? B.ble.A.blateras? B.ble L.ba
But. Quid ni? cū ouis ſi lanā ita decerpitis (litas
Mihi.& caput pilatis.hinc cohibete vos
Lix.Quare ſcelus mendacibus verbis tuos
Fidos ſodales ludis? & contemptui
Habes? Sal.dein.quare tenes ſuſpendio
Animos ſodalitatis? Hel.an te non pudet
Cœlare quod promiſeras oſtendere
Ariſt.Non te piget mendacii tam varii?
Lix.At nunquid autumas aſellos eſſe nos?
Sal.An ne cuculos nos eſſe cocytos ve ais?
Hel.Quid? nos gracillare eſt opinio tua?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Gallinæ inſtar. ſiue cucurire ſic
Vt galli aſſolent. inepte. nos viri
Etiam ſumus. quos ſpernier vitio damus
Ariſt. Immo viri nō fœminę. But. porcos. ſues
Scrofas graues vos iudico per herculem
Nunquam ædepol homines ſuatim grunniunt.
Lix. Et tu haud homo es. ſed mōſtrū abortiuū ni-
Sceleſte & impudice leno triſurcifer (mis.
Sal. Buſtirape. verbero fugax. fugitiueq;
Hel. Socifraude flagrio. nequam nequiſſime
Ariſt. Nihil reſpondes? digne qui crucium feras
But. Etiam peroraſtis ne tandem? inania
Omnis boni mancipia. blaſphemi nequam
Vel ſic putaſtis hoc iocale de ſinu
Meo exterebrari poteſſe. aliter fuit
Agendum apud malignum & infamem virum
Qui nullam honoris aut probri rationem habet.
Frugi homo veretur opprobrari & obloqui
Famamq; denigrari obitam iniuriis
Contra infimatis quilibet ſycophantulus
Laudes & opprobria inuicenm iuxta æſtimat
Maledicta hæc benedictiones arbitror.
Quod ſi velitis bellū hoc & lepidū Hel. quid eſt?
Ai. Sal. qd eſt? modo dice pax Lix. agedū qd eſt?
Ariſt. Sinite eloqui quod deglutator cœperat.
But. Quod ſi velitis pulchrū hoc & lepidū ſimul
Iocale. quod dudum ſinu inſinuaueram
Oculis videre & digitulis contingete

Non verbera.at verba opus erunt mellaria
Rogationes.ſupplicatio frequens
Exoſculatioq; item hymnus & preces
Sal.Hoho deus laruualis iſtę ganeo
Gurguſtio vtetur pro æde me hercule.
Vult ſupplicari ſibi quaſi cuidam deo
But.Quid tum ſalax? vbi hiſtrionum ſim deus
Nonne hiſtrionica arte plus prępolleo
Prę cęteris quos nunc ſciam iocularibus.
Sed ſupplicate vos breui.eſt paucis opus
Nam id quod fero dignum eſt pio ſupplicio
Ariſt.Tibi ne an iocalibus litabimus?
But.Vtriq;.nam quod geſto dicitur ſacrum
Hel.Oſtende.monſtra.ſocietas vna expetit
But.At fiat.Ecce.accipite queſo vaſculum
Sal.Vis dicere hanc laruam?But.dii te laruent
Quid laruam?eris laruatior manendeis
Si pergis hoc loqui modo.mutito heus
Hel.Pape.Cadauer tanti hoc teſtaceum
Lutoſum & argilloſum & horridulum caput
Formido formam.& oſſa mortui horreo
But.Quam delicatus hic formoſulus puer.
Num tu os times appelle ſeu demortuum:
Os extimeſcas ſi ſapis tr linguidum
Et viuidum & pilax.Lix.homo hic ex ſtercore
Vbi volet facit aurum.habenda eſt gratia
Bene ſtatur.pręſtigio hoc ſalui erimus
Nam Buttubatta dum famelica eſt lues

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

ACTVS PRIMVS

Hoc arido oſſe præſtito mendiciter
Laborioſos agricolas commoueris
Vt quiſqꝫ ductus religione obulum offerat
Quecunqꝫ anus. quicunqꝫ ſunt ſilicernii.
Vetuli. veternoſi. cibarium dabunt.
Exoſculabuntur ſacrum (vt tu fers) os hoc
Finges quoqꝫ & diuinitatem aliquantulam
Peccata contẽplatione piaculi
Remittere. indulgere ita reatibus.
Defendere a plutonio illos Tartaro.
O mentis hnmanæ furem. But. quid clamitas?
Ecquid latras? aut quid rabis? rauce rabula.
An non mihi recte licet quod eſt frequens
Triuiale. tritum. & vſucaptum ædilibus.
Sal. Quicquid hoc ais. os impudicatum geris
Et fęculentum & obſitum muſco & luto
Ari. Pape qd eſt? Hel. teſtus vbi lũbricos coq̃s
Seu humana teſta. vermibus gurguſtium
Lix Teſtudo nampe & buſtuarium eſt caput.
Hel Fetet graue. Sal. male putret ac fœdiꝰolet
Ariſt. Lauato ſaltem & pone ſubter imbricem
Cauum hunc vbi pluit. aut ahenum tollito
Aquae calentis plenum. eo pollinceas
Pollinctor vt ſolet cadauera munditer
But. Quid ſi lauabo & largiter pollinxero
Num vultis vngento vt perungam exotico
Vt cinnami atqꝫ opobalſami vnguine fumiget
Immo quidem mauelim vt oletum naribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Criſpantibus veſtris oblatum oleat prius
Vos ruſticis parentihus nati fures
Lix. Etiam eſt opus luſorium vnda ſi laues
Nam tũ quid eſt? But. volo ergo pelluere in labro
Vt faciam & iſtis cruciferis hodie ſatis
Ehodum quis it mecum miniſterio comes?
Sal. At quem iubes? But. venite Ariſtophore &
Nam ceteri opperiantur hic nos affore (Salax.
Breui & cito. Lix. nos philoſophabimur inter hęc
But. fiat. ſed heus cauete dum. ne quid nimis

Phariſeus. Heluo. Lixa

Pha. Quid? eſt quod iſti lotũ eũt rabulę nequã?
Qui cuncta quę loquuntur obligant metro
Et verſibus ſuos poetantur iocos
Heus vos quid eſt quod efferunt gremio foras?
Hel. Quid te attinet? vix ipſi hoc ipſũ ſcibimus.
Fors larua ſcęuis: apta fiet ludicris
Vbi lauabitur. aut erit quoddam organum
Pha. quale organnm? vultis ne verſus fiſtulis
Stridere? an ex perſona eapſe quam lauit
Turpes poetę perſonare verſibus
Nugas leues. veritas. & illeges libris.
Lix. Hypocrita & nulli valoris ęmule
Auſis poetarum ſacrata munera
Temere profanare impio ore iſto tuo
Anas oleto lęta fit. pullaſtra edit
Exputa ſpurca. Anſer cloaca paſcitur
Foricas ſues. porci latrinas eruunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

ACTVS SECVNDVs

Tu aſinini onagri pullus auritus luto
Cœnoq; gaudes belua indoctiſſima
Doceſq; nos poematum ſacra ſpernere
Quod ea eſſe dicas execrata de libris
Cuius libris? Num vox dei Terentium
Spreuit? ne ad ſtimulum (inquientis) calcitres.
Paulus Menandrum. Aratū. Epimenidē inuocat.
Teſtes prophetas. atq; veri conſcios.
Rerum omnium poeſis eſt exordium
Et ante cœlum. & ante mundum. præ omnibus.
Quod moyſes vates tuus tibi ſuggerit
Qui & ipſe luſit verſibus poeticis
Sapiunt poetæ doctioribus viris.
Tibi fabulino barbaro indoctiſſimo.
Fanatico fatuo videntur ſordidi
Aſellus ad lyram vetus pronerbium
Sed ſi modo per tempus & negocium
Mihi liceret & vacar :t. belua
Oſtenderem recte tibi qui vir ſies
At introrumpunt conſodales audio
Pha. Abeo domum dictis onuſtus peſſimis.
Lix. Nunc Heluo quantum eſſet in rem tute ſcis.
Vt huic cauillatorium os contunderes
Hel. Sequar virum. ſi mutiat. pugnos edet

Actus Tertius.

Buttubatta. Salax. Lixa
Ariſtophorus

But. Diivos edones. combibones comici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Perdāt omneis. Lix.heus.te volo. But.qd lixa uis
Lix. Dii vt te perire in rē velint vel nō bonam.
But. in rem malā vis dicere. Lix.immo peſſimā.
But. Melius meatim te ominari peruelim.
Tu quod tuli vidę tenę conſidera.
Num bellule ac lepide nitet poſt balneum?
Ne ego miſer.quem oporteat tam vilibus.
Mancipiis geſtare morē.& pendulis
Suſpenſili turbę raponū.immo furum
Tibi in manu eſt.agedum colendum prebeas
Iam circulatim exoſculentur hoc ſacrum.
Ariſt.Demortui leonis eſſe cranium
Videtur execrabile.ad furcas age
Vbi repperiſti hanc mortuam caluariam
But. In craniario inter oſſa putrida
Vbi cubant tam diuites quam pauperes.
Caput omnium mortalium digniſſimum.
Lix. Quo? nam poteſt vel tartaro vel fulmine
Dignum eſſe.ſcirpo huic nodus eſt.obſcura ſunt
Quę ais.reſponde quid facis caluariam hanc?
But. Caput omnium mortalium digniſſimum
Cui ſupplicetur.hoc gerenda conſulit.
Et quicquid eſt quod conſulit.princeps facit.
Omnis poteſtas huius in manu eſt ſita.
Sal. Manes habere poteſt.at haud manus habet
Ni ſit lemurium quod vngues occulit
Quod quaq; noctium quietos territat
Et vnguibus vultu cicatrices notat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Immane terriculamen & manes truces.
But. Sine me tibi ſodes recenſere probe
Quid proſit & quid obſit hec caluaria
Vel hec quid omnino ſit. vnde venerit
Quo tendat. et quorſũ breui ventura ſit.
Ariſt. Taceamus. vſquã nil volo appetitius
But. Videtis hanc caluã recaluaſtrã cauã
Et oſſeã ac teſtaceã. prodeſt modis
Tribus. creat numerũ. dat vmbrã. & loca replet
Sal. Garrire Butcubatta noſter viſus es
Dialecticũ hoc ſophiſma. vt illudas tuis.
Nõ cernitis quomodo ſuũ os hic carnifex
Diſtorſerat. mox in loquẽdo fabulã? (modo
Ariſt ah dic. B: rogas? Lix. ah dic p̃camur. Sa. dic.
But. Videtis hãc caluitiã vel hoc caput
Quod cuncta nutu. numine. & voto ſuo
Regnat. regit. mãdat. iubetq; & precipit
Nolẽtibus. volẽtibus. ſimul aulicis
Et incolis & accolis & proximis.
Et intimis & extimis. cõtra deum
Contraq; phas vortit reuortit oĩa
Et pro deo pro phaſq; rurſus ſi volet (caput?
Aris Hoc vacuũ. hoc illepidũ. hoc putre ac vanũ
But Immo hoc potẽs gratũ. placẽs: laudabile
Quod principẽ regit trahitq; quo cupit.
Creat magiſtratus. repellit denuo
Veterem exauctorat ſenatũ et conſules
Nouũ ſenatũ & conſules ſuccenturiat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Reiq; publicę reſcripturarios
Alternitate muneris premit.leuat.
Negociatur vniuerſa principis
Sine principe.& conſilia dat ſine conſule
De eiuſmodi ſolo ſuomet capitulo
Q uod cernitis quam illuſtre. quã egregiũ eminet
Concludit autem principem trictinio
Ne poſſit eſſe acceſſus vllis abſq; ſe.
Legationes ante mulgens concutit
Q uam principis frui queant pręſentia
Edicta & interdicta.iura.oracula
Leges.prophanis atq; ſacris dictitat
Obediunt cœleſtia & terreſtria
Capitello huic.quia nam ſublimat & infimat
Depauperatq; & diuitat.que vult facit
Q ue vult iubet.que vult vetat Capitis caput
Ariſt.An vera predicas rogo te ſerio
But.Q uin vera.Sal.uera? But verius veriſſimo
Sal.Hei mira ſors iſtiuſmodi caluarię
But.Q uin baſiate ligùriones hoc caput
Sal.Q uare. Bu.quia ipſis capite plexis eſt caput
Et omnibus furunculis.infamibus
Epulonibus.mandonibus.manſutiis
Cui quot vſquam ſunt virorum mollium
Ac molliorum fœminis nunc ſupplicant
Q uod in ſacris & in prophanis ędibus
Q uaſi ſit deus.colunt.adorant.prędicant
Ludos.iocos.ferias honores ſtatuunt
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Mandat.probant.remandat.illi idem probant
Condemnat.& dat gratiam.vexat bonos
Amat malos.vt quiſq; furcifer fuat.
Proſcriptus ob crimen.caput capital capit,
Seu factiones factioſę induſtriam
Latrunculandi animo cum eo paſcitur
Accedite huc lenocinatores viri
Caput hoc pudicos nunquam amauit coniuges
Accedite huc adulterantes fœminę.
Caluaria iſta proſtitutas diligit
Accedat huc & virginum venundator
Sępe hoc caput deuirginauit virgines
Ari. Vnde ergo adeſt? But.ex Arabia. Ari.nomē
But.Sergi9.an ignoratis illū Sergiū? (quod eſt?
Lix. Grāmaticum? eundem qui latina perdocet?
But. Nequaquā, at illū apoſtatam atq; perſicum
Qui ne latine neue gręce doctus eſt.
Monioſthenis reprobi ducis meritorium
Lix.Quo igitur monachus fuit? But.Blatero fuit
Dicaxq; multiloquuſq;.vir ſophiſticus.
Nil dixit. at loquutus eſt.audaculus
Temerarius.verſutus.inſolens.loquax
Aſt quando religio ſuam nequiuerat
Amentiam vltra ferre.correctus fuit
A fratribus patribuſq; more regulæ
Vt par fuit.quod non tulit bene Sergius
Curans quo abire poſſit e Monaſterio
Erupit.euaſit.retroceſſit fugax.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Quærendo qui moris ſui compar foret.
Quid multa? repperit ſui ſimilem latro
Potentiorem ſe tamen tui vt queat.
Tanquam deum. Tutanum & afferentem opem
Nomine Mahometum Cyreneum genus
Quem patria grece vocat Monioſthenem.
Deinde amiculū reiecit & ſcapularia
Sed & cucullum omnemq; adornatum ordinis
Conſtantiam & probitatem & integram fidem.
Atq; vt breui ſermone plurima explicem
Monachus qui erat. factus eſt apoſtata
Fratrum ſuorum perſecutor maximus.
Quotieſq; victus vinculis iniectus eſt
Toties Mahometus receptum liberat
Vel blandiendo vel minando fratribns
Idem Mahometus Damaſcum prunitus
Vbi obtinebat & ſyros & arabas
Turgebat hoc caput in grauem ſuperbiam
Lenigero equo & volucri caballo inſidens
Cum quattuor coequeſtribus dromonibus.
Si orare coram plebe vel patriciis.
Conſtituerat. ſeſquipeda verba ruminans.
Pontificio redimiculo comptiſſime
Trabeatus in veſte augurali apparuit
Sed me dies deficiet ortus hic recens
Si res velim geſtas ad vnguem exponere.
Quo faſtu & impetu ſit vſus initio.
Quibuſq; tunc & nunc minis. & perpetim

Nam ſequiebat vt aſſolent apoſtate.
Sal. Perpol. & ædepol. & Herculem. & Canem
De hoc tu quidem memoroſiora q̃ antea
De quaq; re vnquam audiuerim. modo explicas
But. Nondum omnia primum omniũ fœcialiter
Fratercnlis bellum horridum indixit ſuis
Monioſthene fretus duce. proinde & ſacris
Victum ſacerdotibus ademit annuum
(Conſueuit appellare prębendas ſacras
Vulgus) Renunciauit ille apoſtata
Sub nomine illius Mahometi viris
Bonis. ſacris preſbyteris prębendulas
Dimittere. ieiunio mortem mori.
Sic omnibus facit probis caput hoc viris
Sęd ganeonibus & ligurionibus
Pater & protector eſt caput hoc prę omnibus.
Aris. O amabile hoc caput. But. oſculari deſinis?
Aris. Exoſculor quia leno ſum. Salue caput.
O caput omnis laſciuię. caput lęue.
Cauum caput. ſine ſpiritu. ſine lumine
Salue caput. pręſidium & heluonibus
Glutonibus. gulonibus. nihiliuiris
Et dulce ſcurrarum decus. ſalue caput
But. Vt autem aperte cuiq; vera prędicem
Caput hoc inane quod videtis planiter
Eſt tale. quod loculos ſuos plenos facit.
Nec dat ſed acc pit ſemper. nec vnde ſit
Q uerit. ſed an ſit qui det & det largiter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Vos autem edaces & famelicos fures
Noui.nihil ludatis vſquam a quo nihil
Rerum dari poteſtur vt fruamini
Deinde amat quoq; nemin.m niſi apoſtatam
Similem ſui. vel qui Mahometiſta ſit
Profeſſione.aut genere phryx.aut perſicus
Aut Medus.aut Damaſcus.aut Syrus.aut Arabs
Nam illos domat.regit gubernat.inuolat.
His AlKoranum fecit & legem tulit
Qua Saraceni vtuntur & turcę truces
Sic dictu & actu vult omnes apoſtatis
Fieri pares.tegere vt queat ſuum ſcelus.
Ari. Heu pœnitet quod oſculatus ſim hoc caput.
Nam ſcire debui.cauum quod nil habet
Quare nihil præſtare quit ſodalibus.
Salax. Et me pari mœrore pœnitet quoq;
Et hoc quidem de Buttubatta ægre fero
Qui ſpem bonam caluariæ nobis dedit
Lixa. Similiq; ego reſipiſco pœnitudine
Quare mihi palinodia eſt canenda iam
Dii te caput vacuum atq; inane perduant
Et fulgur & fulmen ſuperne concremet
Et quicquid inferis mali eſt diſpulueret
Salax..Nix ignis. effrenes ꝓcellæ. & grandines
Venti maligni. & motiones terræ
Fames.ſitis.curæ graues.atque inedię
Febres.& vlcera.atq; peſtilentitas.
Morbus caducus.ſi qua ſint & cętera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Mortalibus nocitura. vexent te o caput
Aris. Par ipſe votum ſqualido capiti imprecor
Quod inferis eſt terror. id te diſtrahat,
Terræ te hiatus glutiendo abſorbeat
Furiale bellum Cerberuſq; & Tartarus
Te in carcere atro in tulliano. torqueat
Viuum atq; adhuc vinctum catenis ferreis
Et ſqualor. horror. aridus ſemper tremor
Denſum cahos & ater vmbrarum chorus
Te cum Mahometo tuo dilanient
Te ſtrangulent. obſtringilent. obliterent.
Etculter & venenum & incantatio
Vitam tuam quę eſt mors. acerbe finiant
But. factum bene eſt. caluuntur hac caluaria
Quicunq; ſpem locant in hanc caluam cauam
Egi meum officium ſodales optumi.
Ludos leues meo cauillo callide
Vobis videntibus attuli. id licuit mihi
Si quis cupit prudenter omne negocium
Gerere. vt rei priuatę id quod plus erit
Etiam rei communitatis publicę
Bene commoder. frugaliter cadat. & quadret
Is meminerit quę hac dicta ſunt Commœdia
Cum capite vano nil agat. nec conſulat
Vbi nec ſapientia aut conſtans fides
Preſertim vbi iam peierauit denuo
Nam peius eſt vnquam nihil periurio.
Nunc plaudite & valete. Res acta eſt ſatis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

764106



KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

764106

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59

WILLIAM SALLOCH
Pines Bridge Road
Ossining, N.Y. 10562

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 59